

minoribus, composito; in intermediis prope marginem, sessili, in centralibus stipitato, praedita.

*Variat* 1. Calyce piloso, scabriusculo.

2. Calyce decangulo, decaphyllo cum totidem feminibus truncatis, calyculo proprio coronatis.

*Observ.* I. Differentiam hujus plantae a consimili *LEONTODONTE hispidus* Linn. in Flora Germ. Tom. II. p. 2. l. c. fusius demonstravi.

*Observ.* II. Ob structuram feminum et receptaculi haec planta a *LEONTODONTE* removenda erat, et novum genus constituere debet.

2. *COLOBIUM hispidum* radice simplici annua, calycibus hispidis rigidis, feminum pappo longe stipitato.

*HYOSERIS taraxacoides* foliis sinuato dentatis, feminum centralium pappis plumosis, pilis foliorum furcatis, radice fibrosa. Villars Flor. delph. Tom. 3. p. 166. tab. 25. exclusis synonymis plurimis.

Habitat in *Hispania*.— Semina inter passulas majores ante aliquot annos legi.

Antecedenti simillimum est, differt autem: 1. *RADICE* simplici annua. 2. *FOLIIS* laetius viridibus. 3. *CALYCE* rigidiores, e laete viridi canescente, aculeolis copiosis rigidis hispido, basi calyculato *FOLIOLIS* linearibus, paucioribus, hispidis, calycis fulcis arcte adpressis, simplici ordine dispositis. 4. *SEMINIBUS*, exceptis marginalibus octo truncatis et calyculo proprio paleaceo coronatis, omnibus in stipitem pappigerum duplo vel triplo longiorem superne attenuatis. 5. *PAPPO* radiis decem ad duodecim aequalibus composito, nec inaequalibus, alterne minoribus, 20—24.

*Variat* Calyce decangulo, decaphyllo.

10. *TUBULINA coccinea* suborbicularis convexa carnofo-ceracea coccinea.

*TUBULIFERA Ceratum* tubulosa ceracea fulva mox nigra. Oeder Flor. Dan. tab. 659. f. 2?

*FUNGUS* plerumque orbicularis, interdum oblongus, convexus, ceterum pulcherrime coccineus, semiuncialis vel uncialis in diametro.

*TUBULI* carnosi et cerae molliusculae similes, omnes quidem convexi, cultelli tamen ope absque singulorum destructione separabiles, apice obtusi et liberi, nitentes, rorulenti, ita ut tota fungi superficies rore coccineo madefacta videatur. Siccatus fungus durefcit absque coloris et nitoris mutatione.

*Observ.* I. *TUBULIFERAM* adpellavit hoc genus Oederus in Flora Danica, cui aptius nomen imposuit *TUBULINAE*, amicus Cel. Perfoon, in Clariff. Roemer's neuem Magazin für die Botanik B. I. p. 91.

*Observ.* II. Fungus Oederi in Flora Danica l. c. noster vix esse potest, qui coccineus est et siccatus etiam manet: nec fulvus, neque mox niger evadit aut ferrugineus, ut Cel. Perfoon *TUBULINA* fragiformis im Neuen Magaz. l. c.

*Observ.*